

10

DILECTIS FILIIS, DEPVTA-
tis & Congregationi ex vniuersis Ecclesijs Me-
tropolitanis, & Cathedralibus, Regnorum
Castellæ & Legionis, Madridij con-
uocata & collecta.

CLEMENS PAPA VIII.



DILECTI filij, Salutem & Apostolicam
benedictionem. Litera quas ad tertium no-
nas Decembris Madridij ad nos dedistis,
grata nobis acciderunt, & nos valde in Do-
minio oblectarunt: ea est enim nostra singularis
voluptas, cum milites Christi bonum certame
certare, & eos qui in sorte Domini vocati sunt, & quorum portio
Dominus est. Deo in veritate seruire, & non qua sua sunt, sed qua
Iesu Christi, querere animaduertimus. Itaque magna in spe su-
mus fore, Dei adiutrice gratia, ut ex vestra ista congregatione bo-
na quam plurima ad Dei gloriam promanent. Deus enim pacis,
qui in domo sua fratres unanimes habitare facit, vos spiritu cha-
ritatis coniunctos diriget in viam rectam, ut digne ambuletis,
vocatione qua vocati estis. & luce bonorum operum alios quoque
accendatis, & ad salutarem imitationem prouocetis. Hortamur
autem vos magnopere filij, pro nostra pastoralis sollicitudine, &
pro ea paterna beneuolentia, qua vos in Christo complectimur,
postquam tam opportune unum in locum congregati estis, ut de
cultu Dei augendo, & clericali disciplina obseruantia in ecclesijs
restituenda, serio cogitetis: audimus enim non sine graui mole-
stia, multos in Ecclesijs istis primarijs Hispania loco sublimi positos,
ut ex eorum vita sanctitate bonus Christi odor affletur, suoque
exemplo fidelem populum ad pietatem excitent, minus frequen-
ter in Ecclesiam conuenire, non sacra Missarum solennia, non di-
uina officia diligenter ac deuote obire: ex quo etiam consequitur,
ut ab inferiori Clero ecclesiastica disciplina negligatur, & contra
Apostoli

Apostoli praeceptum multa nequaquam ordinatè fiant: quibus in cõ
modis prouidete, filij, & date operã, ut cultus Dei floreat, & de-
cor domus Dei ac splendor emitescat, ut pijs precibus, & diuinis
laudibus, & sacrosanctis sacrificijs, & morum emendatione pla-
cabilis, & propitius reddatur Deus populo suo, his praesertim dif-
ficillimis temporibus, in tam multis Christiana Reipub. arumnis.
Quod si qua in re huius sanctae Sedis, in qua immeriti praeside-
mus, auctoritate opus fuerit, nullo loco, quantum cum Domino li-
cebit, vobis deerimus, quemadmodum ex venerabili fratre Pa-
triarcha Alexandrino nostro Apostolico Nuntio uberius intelli-
getis. Nostram interea Apostolicam benedictionem vobis bene-
uole impartimus. Datum Roma, apud Sãctum Petrum, sub an-
nulo Piscatoris, die viij. Febr. M. D. XCVII. Pontificatus No-
stri Anno Quinto.

...the ... of ...
...the ... of ...
...the ... of ...

...the ... of ...
...the ... of ...
...the ... of ...

